

pacto pretio magno valde. quia ne
cadaver tale resurgeret timebatur
et afferret centuplum resurgendo
quod postea per vendentes est mor-
tuum. memoriam dedecoris cen-
ties duplicantes quoniam nil
vituperabilius nil apud deum
et homines damnosum magis
quam delictum eius qui semet
ipsum occidit. Anno Millesimo
ducentesimo secundo.

1202

Tacere tamen nolo magnalia
que inter cetera vidi guerra duran-
te. Nam unum predictum castrum
esset penitus inexpugnabile et
eius occupatus per obsedionem esse
non posset. recordantes floren-
tini que fecerant predecessores
eorum apud montem crucis
insultus. castrum illud propo-
suerunt capere posse per raptum.
Sicque a quibusdam ^{qui} ex pacto illud
exiverant ad mandata conversis.
sumpto consilio ordinati.